

N. Heinsio.

Clarissimo Doctissimoque viro
N. Heinsio.

184

C. Hugonius S.

(529).

Grandes tibi gratias reddo, vir amicissime meo et meorum
nomine pro ternis Maronibus ad nos missis. non potes
dubitare quin acceptis enique sum fuerit, qui novem quam
universis gratum et in pretio sit, quidquid abs tua manu
est. Ambigitas interim quo consilio properaveris magno
Regi, sed parum literato, et qui libros Latinos aestimare
solet ex sola mole, nudos Virgilio versus offerre, politos
quidem illos non tui cura, sed in quibus solis erudi-
tis lectoribus apparere possit, quantum praestiteris.
Expectaveram proinde notas illas tuas et connotas una
prodituras, namque sic de opera tua pretio clarius consti-
turum. quando tu tamen aliter sensit, nescire te
nolo audivi me illas lucubrations expectare, et simul
atque prodierint novas item grandes grandionesque
gratias acturum. de valetudine tua subinde vacillante
quas narras aegre audio. jam enim vos in procieta
credebam itinere Westphalici. cum aliter Deo visum
sit, tu animo me responde. Ea nominum aetate es,
qua se sine miraculo naturae vis superiorem omni
morbo doceat. Unus super triduo Amsterdamum et
Ultrajectum usque coactus fui exire, ut nihil otii
superfuerit quo te adire possem, quod in votis erat.
licet, spero, aliam quampiam occasio. Tu vale quantum
opto, nihil supra erit, quod a Deo petas. Haga. 17. Junii
C1710 LXXIX.

N. Heinsio.

Mea fateor culpa factum est Amicarum doctissime
et charissime, quod Viana cum non liceret ... horulam
commotari, totam Aulae istius vestrae Dyaco impendens
jsselsteinium properaverim te insalutato. Neque invenio
quo me purgem, nisi quod ab humanitate illustri feminae
vix me avellere potui, antequam ipsa vespera moneret
discedendum esse, et quod restabat itinere faciendum
ante solis occasum. De conferendis epistolis Vincentii
Fabricii ad me scriptis, quod mones, ajo nihil me liben-
tius facere, quam vixis probis et eruditis gratificari
is in rebus maxime, quas ad ornatum rei literariae
spectant. Sense omnino sunt, si fallor, quas accepi ab
illo, nunquam de facie noto illustri amico. Et has accurate
descriptas dabo. Marti Velveri ad Lipsium credo ad
vicenas

(530)